



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 5. Matrimonia dissolvendi libertas a Papa Polonis restricta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

„vobiscum, Venerabiles Fratres Prin-  
 „cipem Pastorem animarum, Jesum Sæc. XVIII.  
 „Christum humillime deprecemur, ut A. C. 1741.  
 „Apostolicum caput omnesque Ecclesiæ  
 „Ordines in sancta fide clementissime  
 „tueatur ac conservet &c.“ Quem por-  
 ro exitum hæc causa habuerit, post-  
 modum referemus.

## §. V.

*Matrimonia dissolvendi libertas a Pa-  
 pa Polonis restricta.*

Cum in quibusdam Polonici Regni  
 Diæcesibus tanta corruptela inva-  
 lescere videretur, ut quorundam Epi-  
 scoporum Vicarii generales ob leviores  
 etiam causas connubia quoad thorum,  
 imo & quoad vinculum dissolverent,  
 hinc Benedictus XIV. pastorem suam  
 sollicitudinem ad remotas hasce terras  
 extendit, ac de hac facilitate minime  
 toleranda certo edoctus, die undecima  
 Mensis Aprilis cunctos hujus Regni E-  
 piscopos hortabatur, ut deinceps cau-  
 tius in concedendo conjugiorum divor-  
 tio procederent: Hanc in rem ad eos  
 sequentem transmisit epistolam ency-  
 clicam:

„Perpetuum indissolubilemque ne-  
 „xum, cujus firmitatem ab Adamo  
 Z 4 „tanto



Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

„tanto ante pronunciatam Christus De-  
 „minus, & his verbis, quod Deus conjunctum  
 „homo non separet, confirmare & evangeli-  
 „ca gratia, unde magnum in Ecclesia Sa-  
 „cramentum est, augere dignatus fuit,  
 „tanta facilitate, perinde acsi neque le-  
 „ge naturæ, neque Divino jure, neque  
 „Evangelicis præceptis & Canonum  
 „sanctionibus initum esset connubium,  
 „in aliquot Catholici Orbis partibus,  
 „que in isto præsertim florentissimo  
 „loniæ Regno indies dissolvi audient,  
 „neque lacrimis, neque verbis explicari  
 „re possumus allatam inde Nobis in-  
 „dibilem sollicitudinem, conceptamque  
 „in Pontificio animo Nostro ingentem  
 „molestiam. Etsi autem plurimum  
 „lentes, facile adducimur, ut credamus  
 „mus hujusmodi dissolvendorum con-  
 „jugiorum licentiam, propter quam  
 „non sine gravi bonorum offensione, imo  
 „vir unus, sive mulier una pluribus  
 „cissim adhuc viventibus sibi antea con-  
 „pulatis Conjugibus, tertium aut quatuor-  
 „tum matrimonium contrahere cen-  
 „tur, a nimia curiarum vestrarum libe-  
 „tate, quemadmodum alibi evenire no-  
 „cepimus, ortum ducere; tamen facere  
 „non possumus, quin justissimas ad vos  
 „Venerabiles Fratres, querelas nostras  
 „deferamus; atque in simul tantæ li-  
 „centiæ refrænandæ, & intra præter-



„ptos a Catholica Ecclesia fines coer-  
 „cendæ, salutare leges modumque me-  
 „ditemur.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1741.

„Ad sacerdotalem igitur virtutem  
 „vestram, vestrumque pro Ecclesiastica  
 „disciplina zelum, magna cum Ponti-  
 „ficii animi fiducia, pastorales curas  
 „conferimus, ut inde opportunum huic  
 „malo ab inclyta Polona Natione aver-  
 „tendo propulsandoque, & abstergen-  
 „dæ nomini vestro inustæ notæ, subsi-  
 „dium interea repetamus. Eapropter  
 „Fraternitates Vestras in Domino roga-  
 „mus, & hortamur, ut memores ratio-  
 „num Cælesti Catholicæ Ecclesiæ Spon-  
 „so Jesu Christo Judici reddendarum,  
 „Apostolicis vocibus Nostris obtempe-  
 „rantes, ministerium vestrum ea, qua  
 „debet, vigilantia adimplere satagatis.  
 „Ac, dum pares muneri, pietati, & re-  
 „ligioni vestræ de hisce rebus successus  
 „præstolamur, Fraternitatibus Vestris  
 „Apostolicam benedictionem peraman-  
 „ter impertimur.

§. VI.

*Jejunii quadragesimalis observantia  
 a Benedicto XIV. Episcopis  
 commendata.*

Nullam omnino restaurandæ veteris  
 Ecclesiasticæ disciplinæ occasio-  
 nem